

9. Nons est amicitia, seu affabilitas, que est virtus, qua quispian convenienter se habet ad alios homines in communi conversatione, tam in dictis, quam in factis, ita scilicet ut neminem verbis aut gestis offendar, & vicissim ipse aliorum dicta & facta sine offensione admittat. Ad quod licet non teneamur debito rigoroso, bene tamen debito honestatis, sicut teneamur veram dicere, cum fuerit loquendum.

De hac virtute sic egregie Ambrosius lib. 2. de officiis cap. 7. "Nihil tam utile quam diligit, nihil tam inutile quam non amari: nam odio haberi exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus ut omni sedulitate commendamus existimationem opinionemque nostram; ac primum placiditate mentis, & animi benignitate in fluamus in affectum hominum: popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum, facilitate animi, moderatione precepti, affabilitate sermonis, verborumque honore, patienti quoque fermone voce, modesteque adjuvetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solum in privatis, sed etiam in ipsis Regibus, quantum facilitas blande affabilitatis profuerit; aut superbia, verborumque obsecrit timor, ut regna ipsa labefactaret." Quod exemplo Moysi & Davidis quantum ad affabilitatem probat; Quorum ille (inquit) sic sibi totius plebis mentes devinxerat, ut plus eum pro mansuetudine, quam pro factis admirarentur: ille tam facilis effectus, & mansuetus in imperio, ut eum & filii parentes, & parentibus filii anteferrent; indeque Saul graviter indignatus contra Jonatham, quod apud eum plus valere amicitiam David, quam pietatem paternam judicabat.

10. Ultima pars potentialis iustitia est liberalitas, qua versatur circa divitias, illas ut decet expendendo, & aliis distribuendo: hac enim non est vera species iustitie, sed pars ejus potentialis; seu virtus iustitie annexa; quia liberalis dat quod est suum, quodque non debetur alteri, nisi ex quadam honestate seu decentia; iustitia vero prestat alteri quod ei legaliter debetur.

Observanda vero est distinctio actus liberalitatis ab actu beneficentie, vel caritatis, & misericordie: nam quatenus donatio fit reprimendo concupiscentiam pecunie, ne ipsa plus equo ametur, & propterea retineatur, est actus liberalitatis; quatenus fit ex bono affectu, in eum qui donatur, est actus beneficentie, vel caritatis; quatenus vero fit ex intentione relevandi miseriam alterius, est actus misericordie.

DISPUTATIO V.

De fortitudine, & virtutibus illi annexis.

Præter virtutes, que nobiliores & spirituales anime nostræ potentias (intellectum scilicet & voluntatem) perficiunt, dantur alie, que coercent, vel restituant passionem appetitus irascibilis, & concupisibilis, ne bonum rationis impediatur, & ab ejus electione & prosecutione voluntatem avertant. Ut enim egregie suo more discit S. Thomas hic quæst. 123. art. 1. "Ad virtutem humanam pertinet, ut bonam faciat hominem, & opus ejus secundum rationem esse. Quod quidem tripliciter contingit: uno modo secundum quod ipsa ratio rectificatur, quod fit per virtutes intellectuales; alio modo secundum quod ipsa restituitur rationis in rebus humanis instituitur, quod pertinet ad iustitiam; tertio modo secundum quod tolluntur impedimenta hujus rectitudinis in rebus humanis ponenda. Dupliciter autem impeditur voluntas humana, ut rectitudinem rationis sequatur: uno modo per hoc quod trahitur ab aliquo delectabili ad aliquid aliud quam rectitudo rationis requirit, & hoc impedimentum tollit virtus temperantia: alio modo per hoc quod voluntatem repellit ab eo quod est secundum rationem, propter aliquod difficile quod incumbit, & ad hoc impedimentum tollendum requiritur fortitudo mentis, qua scilicet hujusmodi difficultatibus resistit, sicut & homo per fortitudinem corporalem impedimenta corporalia superat & repellit.

Porro quia difficilissimum est sustinere tristitia, & ad ardua ferri (quod præstat fortitudo, frenando passionem circa hæc objecta) quam a delectabilibus abstinere, eisque frui cum ea moderatione, quam temperantia indicit, ut Philosophus 3. Ethic. cap. 9. observat; ideo prior loco statuitur fortitudo, posteriori temperantia, de qua disputatione sequenti dicemus.

ARTICULUS I.

Definitio fortitudinis explicatur.

Fortitudo ex Tullio hoc modo definitur: Fortitudo est considerata periculorum suscipio, & laborum perpessio. Vel aptius ex D. Thoma: Fortitudo est virtus existens in irascibili, coercens timorem, & audaciam moderatam, insensibilis periculis.

Dicitur primo virtus, quia ut idem Sanctus Doctor hic quæst. 123. art. 2. ostendit, fortitudo specialis virtus est, importans specialem honestatem. Ubi enim est peculiaris difficultas in retinendo rationis præscripto, ibi nobis opus est peculiaris virtute: At in periculis moribus adeest specialissima difficultas, ut quis decenter & iuxta rationis præscriptum, tam interioris, quam exterioris se gerat; nam vel excitatur ingens timor ad mali fugam, quem difficilissimum est ita coercere, ut non perturbetur; & ad aliquid indecorum compellatur; vel excitatur motus audacia ad mali repulsum, qui etiam moderandus est, ne temere in periculum præcipitet, vel utraque affectu alterantibus animi moribus, & veluti inter se conflictantibus exortitur; & tunc utramque simul iuxta rationis regulam temperare oportet: Opus igitur erit peculiaris virtute, que hæc difficultates superet, prædictoque motus secundum rationem moderetur.

Dicitur secundo, existens in irascibili, ut non solum a concupisibili excludatur fortitudo, sed etiam a voluntate, in qua nullam ponimus virtutem; que sit primario ad moderandas anime passiones. Etenim virtus ibi duntaxat ponenda est, ubi ejus bonum consummatur: bonum autem prædictæ moderationis non consummatur in voluntate, sed in appetitu sensitivo, cujus virtus actus ipse passiones. De quo fuit in Tractatu de virtutibus in communi, disp. 2. art. 2.

Tertio, dicitur coercens timorem, & audaciam moderatam: quia sicut pericula non aliter separant voluntatem a bono rationis, nisi vel incutiendo nimium timorem, quo plus æquo formidantur, vel nimiam audaciam, qua immoderate & impudenter invaduntur; sic fortitudo non aliter firmat animum in illis, quam reducendo utramque passionem ad debitam mensuram. Magis tamen spectat ad fortitudinem diminuerem timorem, quam audaciam; quia magis est ad stimulantem & roborandum, quam ad detinendum & coerendum, sicut temperantia e converso magis est ad detinendum & refragandum, quam ad stimulantem & stimulantem: ideoque ista ponitur in concupisibili, que maxime indiget freno, propter vim & allicientiam boni concupisibilis; illa vero in irascibili, cui propter difficultatem objecti ardui potissimum calestribus opus est.

Ex his facile intelliges, quodnam sit objectum materiale & formale virtutis fortitudinis: objectum enim materiale illius duplex est, unum remotum, & aliud proximum: illud periculis & malis, præsertim gravissimis, cujusmodi sunt moribus pericula, continetur: illud vero consistit in affectibus timoris & audacie, que circa illa pericula versantur. Objectum vero formale fortitudinis est specialis illa honestas, que in hujusmodi passionum moderatione præluet.

ARTICULUS II.

Actus virtutis fortitudinis.

Assignatur fortitudini duplex actus, scilicet aggredi, & sustinere: ratio enim dicitur aliquando pugnandum esse pro boni defensione, ut impugnetur arceantur & exterminentur; & tunc opus est aggressionem foris & prudenti, qua fit per audaciam moderatam: aliquando vero, & frequentius dicitur esse patienter sustinendum, ut manifestetur affectus voluntatis erga bonam virtutem, qui tantus est, quantum tale bonum æstimat, ut quantumvis impugnetur, ab illo non recedat.

Si autem quæras, quis ex illis duobus actibus difficilior & principalior sit? Respondeo perfectionem aggressionem esse potiore. Ita expresse docet Aristoteles 3. Ethic. cap. 9. relatus a D. Thoma hic quæst. 123. art. 6. his verbis: Sicut Philosophus dicit in 3. Ethic. fortitudo est magis circa timores reprimendos, quam circa audaciam moderandam: difficilissimum enim est timorem reprimere, quam audaciam moderare, eo quod ipsum periculum, quod est objectum audacie & timoris, de se conferat aliquod ad repressum audaciam, sed operatur ad augmentum timoris. Aggredi autem pertinet ad fortitudinem, secundum quod moderatur audaciam: sed sustinere sequitur repressum timorem, & ideo principalior actus fortitudinis est sustinere, id est immobiliter stare in periculis, quam aggredi.

Idem confirmat 3. Ethic. lect. 18. hoc discursu: Timor (inquit) immovet hominem ab aliquo periculo contra ipsum invadente; audacia autem confertur ex eo quod aliquis ob-

DISPUTATIO VI.

De Temperantia, & partibus ejus.

Hæc est postrema inter Cardinales virtutes, de qua Philosophus 3. Ethic. cap. 10. & D. Thomas hic a quæst. 141. usque ad 171. De hac etiam eleganter dixerit S. Prosper lib. de vita contemplat. cap. 19. ubi sic ait: Temperantia moderatum, pudicum, verecundum, serium facit. Hæc si habitat in animo, libidines frenat, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat: omnia intra nos confusa ordinat, ordinata corroborat: cogitationes pravæ removet, inserit sanctas; ignem libidinosæ voluptatis extinguit, animi teporem desiderio future remunerationis accendit, mentem placida tranquillitate componit, & tutam semper ad omni vitiorum tempestate defendit.

De hac ergo mirabili ac perutili virtute breviter hic agemus: & primo quidem objectum ejus materiale & formale exponemus: deinde de partibus ejus subjectivis & potentialibus differemus.

ARTICULUS I.

Assignatur objectum materiale & formale temperantia.

Temperantia sumitur dupliciter: primo late, prout in qualibet materia constituit actus humanos in debita mensura; quo pacto non est habitus specialis, sed generalis conditio omnium virtutum: secundo strictè, prout determinate habet retinere appetitum sensitivum in concupiscentiis & delectationibus corporalibus, que maxime vim habent deducendi a bono rationis, & sic est virtus specialis. Ubi enim specialis honestas est, quod suum cuique reddatur, quodque nemo iniuste ledatur, sic & in eo quod homo rectè ac moderate se gerat circa delectationes corporeas, non obsequendo sensui, sed rationi: Ergo sicut iustitia est aliqua virtus specialis, ita & temperantia, ut docet D. Thomas hic quæst. 141. art. 2.

Materiale objectum talis virtutis sunt quidem delectationes corporeæ, non tamen omnes, sed illæ duntaxat que ex cibo & potu, & rebus venereis percipiuntur, ut docet idem S. Doctor eadem quæst. art. 4. ubi sic dicitur: Temperantia est circa concupiscentias & delectationes; sicut fortitudo est circa timores & audacias: fortitudo autem est circa timores & audacias respectu maximorum malorum, quibus ipsa natura extinguitur, que sunt pericula mortis: unde similiter oportet quod temperantia sit circa concupiscentias maximarum delectationum; & quia delectatio consequitur operationem conaturalem, tanto aliquæ delectationes sunt vehementiores, quanto consequuntur operationes magis naturales. Maxime autem naturales animalibus sunt operationes, quibus conservatur natura individui per cibum & potum, & naturam speciei per conjunctionem maris & femina: & ideo circa delectationes ciborum & potuum, & circa delectationes venererorum, est propriè temperantia.

Ex hoc inferi in casu ejusdem articuli, quod quia delectationes que ex cibo & potu, ac rebus venereis percipiuntur, consequuntur sensum tactus, delectationes tactus sunt proprie objectum materiale temperantia. Quam doctrinam desumpsit ex Aristotele 3. Ethic. cap. 10. ubi hæc scribit: "Circum hujusmodi igitur voluptates temperantia & intemperantia versatur, que ceteris quoque animalibus communes sunt, servilesque ob id & ferine habentur. Hæc autem sunt tactus & gustus, sed gustatu parum vel nihil uti videntur: quippe cum gustatus judicium saporis sit id quod faciunt illi qui vel vina explorant, vel obsoletia condunt. At non admittunt hæc objecta, vel non quatenus intemperantes, sed fructione ipsa que tota per tactum efficitur in cibus, in potibus, & iis que venereis nuncupantur. Unde gula deditur quidam Philoxenus Eryxius, gutture sibi longius gruis collo dari optabat, utpote qui tactu oblectaretur, circa quem intemperantia versatur." Quibus verbis aperte Philosophus docet temperantiam proprie circa tactibilia versari, non quod non versetur circa gustabilia, sed quia delectationes gustus est sensus tactus consequuntur, ut confirmat vox illa Philoxeni, grue quam homines dignior, collam gruis, ut diutius ipsi saperent cibi, expolentis.

Advertendum tamen est, quod licet virtus temperantia primario & per se circa tactibilia versetur, secundario tamen in moderanda oblectatione aliorum sensuum versari potest, nimirum quatenus illorum objecta ad voluptatem tactus vel gustus, mediante imaginatione incitant: ejusdem enim virtutis est moderari finem, & ea que sunt ad finem. Unde per accidens aliqui possunt dici intemperantes ex delectationibus circa odores, & alia a tactibilibus

ma enim quam invadit, suam non excedere potestatem. Difficilis pars est stare contra fortiores, quam insurgere in equalem, vel minorem.

Accedit quod ille qui sustinet, sentit jam pericula imminenti: qui vero aggreditur, habet ea a futura: difficultas autem est, majore prout fortitudinis signum, non moveri a presentibus, quam a futuris.

Adde etiam, quod aggressio est plene voluntaria, quod non parum immovet difficultatem, atque etiam laudabilitatem. Unde de sustententia universè valet, quod sigillatim de sustententia rapina, ad voluntariam rei suæ erogationem comparata, dicit S. Chrysostomus homil. 10. in 2. ad Theliam, Rapturam propter Deum sapienter ferre, majus est, quam sponte beneficere. Quamobrem, eo quod hoc quidem potius fructus est, & voluntarius, unde & facile fit; istud vero vis est & violentia. Et facilius quis mille talenta sponte dabit, & nihil se passum esse putabit, quam ut tres edat, præter animi sententiam abreptos, manifeste ferat. Itaque istud magis est animi Philosophia. Item Gregorius hom. 35. in Evangel. expendens illud Proverb. 16. Melior est paries vitæ forti, & qui dominatur animo suo, expugnator urbium, subdit: Melior est ergo victoria urbes expugnare, quia extra sunt que vincuntur; majus autem est quod patientiam vincitur, quia ipse a se animus superatur, & semetipsum sibi metipsum subjicit, quando enim patientia in humilitate tolerantie seruat.

Ex his intelliges, actum principalissimum fortitudinis esse martyrium: quippe cum illud non in aggrediendo, sed in sustinendo consistat; unde D. Thomas hic q. 159. art. 2. ad 3. sic ait: Principalior actus fortitudinis est sustinere, ad quem pertinet martyrium, non autem ad securarium actum ejus, qui est aggredi.

ARTICULUS III.

Virtutes fortitudinis annexæ.

1. Virtutes fortitudinis annexæ quatuor recensentur a D. Thoma quæst. 128. art. unico, videlicet magnanimitas, magnificentia, patientia, & perseverantia. Quam divisionem sumpsit, ex Tullio lib. 2. de invent. cap. 2. Ad hæc vero quatuor reducit plures alias a Macrobio & Andronico enumeratas. Nam Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis ponit septem partes fortitudinis, scilicet magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Andronicus etiam ponit septem virtutes annexas fortitudinis, que sunt Euphychia, Lema (non autem) ut corrupte legitur in multis exemplaribus, Lenia) vox autem Græca Lenia, latine significat animi constantiam, & promptam audaciam; magnanimitas, virilitas, perseverantia, magnificentia, andragathia.

Notat vero D. Thomas hujusmodi virtutes spectari posse, vel prout versantur circa materiam fortitudinis, id est circa pericula gravissima, qualia sunt pericula mortis; vel prout versantur circa materiam minus difficilem quam sit materia fortitudinis, in eaque fortitudinem imitantur. Si primo modo considerentur, vult eas esse partes integram fortitudinis, id est virtutes necessarias ad officium integram fortitudinis, quasque priores se tenere, ex parte aggressionis, posteriores vero ex parte sustententia. Ex parte enim aggressionis primo requiritur, quod fortis magnus habeat animum ad magna & ardua secure aggredienda, & hæc est magnanimitas: secundo, quod non deficiat in executione illorum, & ita est magnificentia, que est virtus magnorum operum factiva. Ex parte vero sustententia requiritur primo, ut animus difficultate presentium malorum non frangatur per tristitiam, decidatque a sua magnitudine, & hæc est patientia: denique ut ex dimtura difficultatis passione non fatigetur, nec ab illorum sustententia desistat, & ita est perseverantia.

Si autem virtutes ille spectentur prout versantur circa pericula minora, quam sit mortis pericula, & alia minus gravis & molesta, ac denique circa materiam in qua minus est difficultas, sunt partes potentiales fortitudinis, quia ipsam imitantur, licet ejus rationem non assequantur. Hæc D. Thomas, qui earundem virtutum naturam ita luculenter exponit quæst. 129. & sequentibus, ut illis diutius immorari non sit opus.

Solum hic subjiciam quæ de virtute perseverantia docet Bernardus Epist. 129. ubi illum quodammodo fortitudinis ornamentum, ceterarumque item virtutum quoddam coronamentum esse docet, his verbis: "quid restat (inquit) nisi ut admodum de perseverantia, que sola meretur viris gloriam, coronam virtutibus? Prolixius absque perseverantia nec is qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur: Vigor virtutum, virtutum consummatio est; nutrix ad meritum, & mediatricis ad premium. Soror est patientia, constantia filia, propinquaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam; nec quidem fortitudo."

& gustabilibus sensibilibus, nimirum quia interdum odores, v. g. confectionem habent cum objecto sapido vel tactili, excitando species quibus hujusmodi objectum apprehendatur, & appetitum delectatione perducunt. Quo pacto notat Philosophus bruta interdum affici delectatione ex vi sua vel apud alicuius objecti: sic enim leo, audito bovis mugitu, delectatur, non quod ille sonus ei gratus sit, sed quod predaam & pabulum adventare animadvertat: unde vice versa, etiam si predaam videat, audiatve, aut olfaciat, tamen si potiri nequeat, irragit, atque trifatur. Similiterque canis, licet odore leporis delectari videatur: non tamen propter ipsam odorem, sed propter cibum quem sperat, cuius sensum accipit per odorem.

Ex istis liquet, objectum formale temperantiae esse bonitatem seu honestatem specialem, quae reperitur in eo quod homo delectationibus ciborum & venererorum moderate utatur, & secundum prescriptum rationis. Si autem querat quid illud prescriptum ferat? Respondet D. Augustinus libro de moribus ecclesiae cap. 21. *habet vir temperans in rebus moralibus & fructibus vite regulam, ne corrupto nihil diligit, nihil per se appetendum putat, sed ad vitam huius atque officiorum necessitatem, quantum satis est, utitur, utentis modestia, non amantis affectus.* Hac ratione aliqui a Clemente Alexandrino a padag. cap. 1. reprehenduntur, quod sint ut edant & stententur. Alii autem landantur, quod dant ut sint. Et lib. 3. cap. 7. idem Clementis mensuram talium delectationum asserit esse corpus, aequae ac pes est calcei mensura, id est, mensura illarum ut necitatis corporis sicut calcei mensura est necessitas pedis. Unde Seneca Epist. 88. *Temperantia voluptatibus imperat, illas vitae atque obsequium, quantum satis est, utitur, utentis modestia, non amantis affectus.* Hac ratione aliqui a Clemente Alexandrino a padag. cap. 1. reprehenduntur, quod dant ut sint. Et lib. 3. cap. 7. idem Clementis mensuram talium delectationum asserit esse corpus, aequae ac pes est calcei mensura, id est, mensura illarum ut necitatis corporis sicut calcei mensura est necessitas pedis. Unde Seneca Epist. 88. *Temperantia voluptatibus imperat, illas vitae atque obsequium, quantum satis est, utitur, utentis modestia, non amantis affectus.*

ARTICULUS II.

Partes subjectivae temperantiae.

Quatuor partes subjectivas seu species temperantiae assignat D. Thomas hic quest. 143. scilicet abstinentiam, sobrietatem, castitatem, & pudicitiam. Oportet enim (inquit) diversificari species virtutum, secundum diversitatem materiae, vel objecti. Est autem temperantia circa delectationes rationis, quae dividuntur in duo genera: nam quaedam ordinantur ad nutrimentum; & in his quantum ad cibum est abstinentia, quantum autem ad potum, proprie sobrietatis. Quaedam vero ordinantur ad vim generativam: & in his quantum ad delectationem principalem ipsius coitus est

castitas; quantum autem ad delectationes circumstantes, puta quae sunt in oculis, tactibus, & amplexibus, accenditur pudicitia.

Abstinentia ergo est virtus cupiditates & delectationes sicutentorum inordinatas refranans, & in ipso esse debent moderationem consequens. Unde proprius actus huius virtutis est subtractio ciborum, secundum rationem regulatam, & in eo consistens, quod homo a cibis abstinere prout oportet, pro congruentia hominum cum quibus vivit, & persone suae, pro valetudinis suae necessitate. Quod ut melius percipiatur, advertendum est quod haec subtractio dupliciter fieri potest: primo subtrahendo ea tantum quae temperantia non permittit, & in quibus foret excessus vitiosus pro immoderantiam cibi; & haec dicitur proprie actus temperantiae: secundo privando se voluntarie ea quae temperantia vel qualitate ciborum, quam temperantia permittit, quaeque si sumeretur, nullus foret excessus; & haec magis proprie vocatur abstinentia.

Sobrietatis proprie loquendo est species aliqua temperantiae, quae versatur circa potum, non quemcumque, sed inebriare valentem, & cerebrum perturbare, ut est vinum, in quo oportet maxime observare debitam mensuram, eo quod quilibet excessus vini, etiam medicus, valde nocivus & vituperabilis est, & plinquam excessus cibi, etiam major. Dixi sobrietatem versari circa potum inebriare valentem, quia hanc solum moderatur sobrietas, eo quod specialis modo, nimirum perturbando mentem, bonum rationis impedit. Potus vero non inebrians, ut aqua, non est materia illius virtutis, neque ejus excellentia dicit potest obvietas, quae est vitium oppositum sobrietatis, sed magis contrariatur abstinentiae, & ad gulam reducendus est.

Ex his patet sobrietatem esse virtutem specialem, distinctam scilicet ab abstinentia, & ab illis temperantiae speciebus, propter speciale impedimentum usus rationis quod affert potus inebrians, ad quod remouendum haec virtus ordinatur. Adde etiam propter specialem difficultatem quae est in vitando excessu circa vinum: multi enim qui a cibo immoderate abstinunt, peccant tamen circa excessum vini, & ab illo solent homines difficultius abstinere.

Notat vero D. Thomas hic quest. 149. art. 4. sobrietatem esse quidem omnibus necessariam, sed multo magis quinquae generibus personarum. Primo scilicet juvenibus, quia in eis major est pronitas ad concupiscentiam, quas oportet refranari per sobrietatem & abstinentiam a vino immoderato, quo libidinis debitas accenduntur. Secundo mulieribus, propter mentis debilitatem, quae facile vini potu turbatur, ex quo proclive illis est labi ad indecora. Tertio in quibus ratio vigere debet, ut alios erudire valeant. Quarto Episcopis, & quibuslibet Ecclesiae Ministris, qui mente devota debent spiritualibus officiis insistere. Quinto Regibus & Magistratibus, qui per sapientiam, vigilantiam, & iustitiam, debent populum sibi subditum regere: Quocirca illis omnibus specialiter sobrietates in Scriptura praecipitur. Juvenibus quidem ad Titum 2. *Juvenes similiter horare ut sobrii sint.* Mulieribus, 1. ad Timoth. 3. *Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, sicut in omnibus.* Senibus ad Titum 2. *Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes.* Episcopis, 1. ad Timoth. 3. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius domus virum, sobrium, prudentem, &c.* Regibus denique, Proverb. 13. *Noli Regibus dare vinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, & ne forte bibant, & obliviscantur iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperum.*

Tertia species temperantiae est castitas, quae affectum moderat, & cohibet circa delectationes venerereas, sicut abstinentia moderatur affectum & usum circa cibum, & sobrietas circa potum. Unde castitas est virtus specialis distincta ab abstinentia & sobrietate, ut docet S. Thomas hic quest. 151. art. 3. probatque ex eo quod versatur circa rationem delectationis valde differentem: Nam ut ait Aristoteles relatus ibidem a S. Doctore, delectationes proportionantur operationibus, quarum sunt perfectiones. Atqui longe differentes sunt operationes pertinentes ad usum ciborum, quibus natura individuali conservatur, & operationes pertinentes ad usum venererorum, quibus conservatur natura speciei. Ergo castitas, quae est circa delectationes venererorum, est virtus distincta ab abstinentia, quae est circa delectationes ciborum, & a sobrietate, quae est circa delectationem & usum poculentorum.

Castitas alia est conjugalis, alia vidialis, alia juvenilis, & alia virginialis. Conjugalis est illa, per quam conjuges servant regulam a ratione praescriptam in usu venererorum. Vidialis, quae totaliter quis abstinere a veneris, non quidem pro omni tempore, sed post transactum matrimonium. Juvenilis, quae juvenes eo tempore quod praecedit matrimonium caste vivunt. Virginialis denique, quae aliquis toto tempore vite conservat se immunes ab experimento omnis veneris voluptatis. Est ista consistit partim, & materialiter, in quadam carnis integritate, & incorruptione, partim, & praecipue, ac formaliter, in proposito abstinendi perpetuo ab omni delectatione venerera,

rea, ut docet S. Doctor hic quest. 151. art. 1. in corp. & in solut. ad 1. & 2. ubi etiam virginitatem sic definit: *Ambrrosio lib. de virginibus: Castitas virginialis est incorruptio in integritate; & ex D. Augustino lib. de sancta virginitate cap. 13. virginitas est in carne incorruptibilis incorruptio perpetua mediatio: id est propositum rationis, seu voluntatis (ut exponit S. Thomas) vel pugis attentione, & cura illam conservandi, vitandique quicquid illi opponitur: quae attentione, & cura diligens atque sollicita, ad illius conservationem necessaria est.*

Nota vero propositum voluntatis, scilicet amicum posse iterum reparari sicut aliae virtutes infuse, quae per peccatum deperduntur, restantur per penitentiam: at vero immunitas, vel inesperienza a delectatione carnali voluntaria, semel deperdit per contrariam experientiam, non est reparabilis, etiam de potentia Dei absoluta; quia impossibile est eam qui experius fuerit praedictam delectationem, fieri inexpertum, sicut quod ex qua facta jam sunt, non fuerit facta. Unde celeberr. est illud D. Hieronymi in Epist. ad Euloch. *Cum carna Deus possit, non potest virginem post vitium reparare; scilicet quantum ad praedictam immunitatem & inexperientiam, sine qua non salvatur absolute virginitas; & ideo qui semel eam amittit nunquam poterit virgo simpliciter denominari; quia ut ad aliqua virtute simpliciter denominatur, non sufficit habere illud quod est in ea formale scilicet mentis propositum, sed debet propria & per se talis virtutis materia.*

Nota etiam cum D. Thoma supra citato, virginitalis nomen a virore deducti: nam sicut illud dicitur virens, quod non est ex abundantia caloris animalis; ita quae concupiscentiae additionem per venerem delectationem & operationem experit non sunt, virgines vocantur, quasi in suo nativo virore persistentes. Unde Ambrrosius supra relatus dicit, quod virginitalis est expertus corruptionis integritas. Addeque ibidem: *Pulchritudinem quae potest majorem estimare decore virginis, quae amat a Rege, probatur a Judice, dedicatur Domino, consecratur Deo? Quibus verbis excellentissimum pulchritudinem virginitali attribuit. Cujus egregiam rationem assignant Salmantenses, in Tractatu de virtutibus. Temperantia enim castitas (inquunt) anatomice attribuitur decori spirituali: quia sicut pulchritudo corporis in eo consistit, ut membra ejus sint proportionata, cum quadam debiti coloris claritate; ita moralis & spiritualis pulchritudo & decor, in ea sita sunt, ut voluntariae actiones sint bene commensurate & ordinate secundum rationis claritatem & lumen, in quo ipsa honestas & temperantia consistit: Cum ergo virginitas perfectissimum castitatis & honestatis gradum tenet, non mirum, quod illi excellentissima pulchritudo tribuatur.*

Notandum denique ex doctrina quam tradit D. Thomas hic quest. 152. art. 2. quod licet castitas communiter dicta, sit virtus per seipsum, sed est independenter ab aliquo sine extrinseco, ex eo dumtaxat quod illicitas delectationes comprimit, & licitas juxta rationis praescriptum moderatur. virginitas tamen, ut virtus sit, requirit finem extrinsecum, ipsa, aut saltem communi castitate, praesantiorum, quo praesupposito tamquam connotata, omnimoda abstinentia a veneris, quae virginitalis est materia, licita & honesta reddatur. Est ratio est, quia usus venererorum moderatur, per seipsum, abstrahendo a quocumque sine extrinseco, est bonus & honestus, upote intentus a natura, deservienteque magno ejus bono, quod est conservatio & propagatio; & ideo castitas respiciens talem usum, ex seipso independenter ab alio sine extrinseco, habet quod sit virtus. At vero omnimoda abstinentia a veneris, spectata secundum se, & sistendo in illa nullam importat honestatem, quia secundum se, ratione, ut sic dicamus, solum honestatis, naturae non proficit, nec commodum affert: honestatur autem ex fine cui deservit, qui est vacare Deo, aut rebus divinis, pro quo necesse est, ut sit terrenis & temporalibus serari, secundum illud 1. ad Corinth. 7. *Mulier inhupta & virgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta &c.* Unde dixit Augustinus lib. de virginitate cap. 8. *Nec nos hoc in virginibus praedicamus, quod virgines sunt (hoc est nudam sterilitatem & infecunditatem) sed quod Deo dicata, pia continentia virgines sunt: id est ad finem religionis & contemplationis.*

Hoc adeo verum est, ut in statu innocentiae & iustitiae originalis homo si permansisset, omnimoda continentia a veneris non fuisset virtuosa aut laudabilis, quia ad talem finem non fuisset necessaria, eo quod usus illorum nullum contemplationi impedimentum praebuisset, ut docet D. Thomas 1. p. quest. 99. art. 2. ad 3. tunc enim actus conjugalis excludit ardorem libidinis, minusque evagationem & inquietudinem, & filiorum procreatio & educatio curas omnes & sollicitudines. In statu vero naturae corruptae & lapsae, in quo versamur, cum haec omnia quae matrimonium consequuntur, magnum divinae contemplationi praesent impedimentum, virtuosissimum est, & eximia laude dignum, ab obtinendum hujusmodi finem, a

veneris delectationibus prorsus abstinere, etiam cum contentia fecunditatis, quam natura tam vehementer desiderat, eo quod finis ille altior sit, & majus bonum quam ipsa fecunditas, prout ab hoc vel illo supposito particaliari dependet. Unde SS. Patres virginitatem, quae nunc a pluribus ad vacandum divinum contemplationi rationi, miris laudibus & encomiis celebrant, eamque susaudatit carnis, & pudicitiae conjugali praeposunt. Augustinus enim lib. de sancta virginitate cap. 13. *Virginialis integritas (inquit) est per vitam continentiam ab omni concubitu immunitas, & licet per se, & in carne incorruptibilis incorruptionis perpetua mediatio. Ceteri hinc omnia secundum carnis, omnis pudicitiae conjugalis. Cyprianus vero lib. de disciplina & habita Virginum. Virginis seu est ecclesiasticae virginis, licet aliquid ornamentum gratiae spiritualis, laeta indoles, laetitia & honoris opus integrum hinc incorruptum, per se, respondens ad sanctimoniam Domini, illustris portio gratiae. Ambrrosius libro de viduis: Supergratior virginitalis conditionem humani naturae, per quam homines Angelis assimilantur: unquam tamen est victoria hominum, quam Angelorum: Angeli enim sine carne vivunt, Virgines vero in carne triumphant. Chrysolomus lib. de virgin. cap. 11. *Videm virginitalis decus? Eorum qui in terris degunt cum calidibus similitudinem vitae molitur; corpore vestitus vincit ad incorporeis copis non permittit; mortales Angelorum amulos redat. Demum S. Athanasius lib. de virginitate, sive de meditatione: Magna virtus continentia, regens gloriose puritas, magna encomia virginis. O virginitalis opulenta indefectio! O virginitalis corona immarcescibilis! O virginitalis templum Dei, & domicilium Spiritus Sancti! O virginitalis margarita speciosa, vulgo inconspicua, & qua non nisi a pacis inventur! O continentia amica Dei, & a Sanctis deprecata! O continentia apud multos odiosa, sed apud dignos spectata! O continentia mortem & infernum prosequens, & quae ab immortalitate possidet! O continentia Angelorum vita, & Sanctorum corona! Beatus est qui se tenet, beatus qui odatur in tolerantia, quoniam paucissimum fatigatus multum in te gaudebit.**

Ad majorem hujus eximiae virtutis commendationem, observandum est cum Peraldo Episcopo Lugdunensi, in summa virtutum & vitiorum, solum inter ceteros flores esse symbolum virginitalis, non solum ratione eximii candoris & decoris quo fulget, sed etiam quia ficut lilium sex habet folia candida, & aliqua grana quasi aurea in medio posita, ita etiam in virginitate sunt veluti sex folia, quae valent ad conservandum lilium puritatis. Primum est sobrietas; & hoc licet excessus in cibo & potu, quasi quadam spina; crispula enim & ebrietas est via ad luxuriam, ut patet in Lot, qui inebriatus perpetravit incestum; unde dicit Apostolus: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.*

Secundum solum lilii virginitalis est labor. Spina illud lacerans est otium & ignavia, quae sunt via ad luxuriam: quare dicitur Eccl. 16. *Ita sunt iniquitas sodoma sororis tuae, superbia, sanaritas panis, abundantia, & otium.* Unde Chrysolomus super Matth. *Vitium libidinis facile ex vacuitate & otio nascitur: nam desiderium amoris hinc est, anima vacantis passio, juxta illud Ovidii: Otia si nullas, perire cupidinis avarum.*

Tertium solum est habitus asper & humilis. Spina lacerans est habitus superbus & mollis, qui incitat ad luxuriam: Numer. 25. *filii Israel fornicati sunt cum mulieribus Moabitibus, quae se ornaverant: & 1. ad Timoth. 2. Non in tortis crinibus, aut auro vel veste praesiosa, &c.*

Quartum est custodia sensuum, praecipue illorum, qui nobis remota offendunt, ut visus & auditus: Spina lacerans hujusmodi solum est curiositas, & desiderium videnti nova, vel audiendi vana; ut patet in Dina filia Jacob, quae egressa ut videret mulieres regionis Sichimorum, corrupta est a Sichem filio Emor.

Quintum est modestia sermonis. Spina lacerans est loquacitas, vel turpido sermonis. Seneca: *A vestis turpibus abstinet, quia licentia eorum impudentiam nutrit.* Proverb. 7. *Ecce mulier occurrit illi ornata meretricio ad capiendas animas garrulas.* 1. ad Corinth. 5. *Corrumpe bonos mores confabulationes pessimas, vel colloquia mala.* Hieronymus: *Sit sermo virginis prudens, modestus, & verus, nec tam eloquentia praesiosus, quam pudore.*

Sextum solum est fuga occasione peccandi. Spina lacerans est nimia familiaritas & conversatio cum viciis: opportunitas enim peccandi est via ad luxuriam, ut patet in Thamar, corrupta ab Amon fratre suo, quia sola cum solo fuit in thalamo, a Regum 13. *Genesis 18. Non sis in omni loco circa regionem.* Bernardus: *Saltem virgines quae verae virgines sunt, semper esse praedictae, & nunquam esse securae, & ut caveant zimenas, etiam tunc pertimescere.*

Grana aurea lilii virginitalis sunt tres modi diligendi Deum, quos distinguit Bernardus, dicens: *Dilige amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter.* Dulciter de il-

Acti, proinde ne desuper foriter ne oppressi ab amore Domini verentur. Vel per grana aurea possunt intelligi vaxii motus divini amoris, ex diversis causis procedentes: amandus est enim Deus, quia Creator, quia Redemptor, quia remunerator, &c. Hac Peraldus libro citato.

Ultima species temperantiae est pudicitia, quae in hoc a castitate distinguitur, quod ista habet moderari & rationi subjicere delectationes ex commixtione venerea confurgentes; illa vero moderatur, & subicit rationi delectationes, quae talem actum circumstant, puta quae sunt in oculis, castibus, & amplexibus impudicis: unde pudicitia ad castitatem ordinatur, non quasi virtus omnino ab ipsa distincta, sed sicut exprimens castitatis circumstantiam quandam, ut ait S. Doctor hic qu. 151. art. 4.

Ad virtutem istam spectat egregium illud Tertulliani elegium initio libri de pudicitia. Pudicitia flos morum, honor corporum, decus sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, praesidium omnis boni mentis. Et consonat illud Gregorii Nazianzeni: Pudor est in mulieribus amabilis flos, & rubor delectabilis.

ARTICULUS III.

Partes potentiales temperantiae.

Partes potentiales alicujus virtutis ille dicuntur, quae modum, quem ipsa virtus ponit circa materiam principalem, vel difficultiorem, observant in illis materiis, quae minus habet difficultatis: unde cum proprium temperantiae sit refrascere & reprimeret impetus passionum circa delectationes tactus, quae difficilius compescuntur, virtutes refrascantes impetus nostrorum passionum & affectionum circa alias materias, vel actiones externas moderantes, possunt illi tamquam virtutes appellari. Ille vero a D. Thoma quatuor numerantur, nimirum continentia, mansuetudo, clementia, & modestia: sub qua plures aliae paragrapho sequenti recensenda, continentur.

Continentia, quae primo loco ponitur, non sumitur hic pro virtute refrascantia & reprimeret passionem qua virtus venera, quo pacto convertitur cum castitate, sed pro quodam habitu per quem voluntas resistit passionibus concupiscibilibus, taliterque in bono firmatur, ut quantumvis hujusmodi passiones exurgant & intumescant, non trahatur ab illis contra rectum iudicium rationis. Unde munus hujus habitus est, non passiones refrascant ad compescere, sicut facit virtus continentia, sed dumtaxat firmare & detinere voluntatem, ut illarum impetus non sequatur. Ex quo fit illam non esse simpliciter virtutem, quamvis sit genus virtutis reductur ad aliquid imperfectum: est enim de ratione virtutis, facere opus perfectum, atque adeo rectitate adequatum eius principium, in actibus qui sunt circa passionum objecta, non est sola voluntas, sed etiam appetitus sensitivus: unde quia continentia non perit hujusmodi appetitum ad recte appetendum, sed relinquit in eo passiones immoderatas, licet voluntatem firmet ac detineat, ne sequatur ipsas passiones, ideo deficit a ratione perfecta virtutis, & est veluti semivirtus, ut docet S. Thomas hic qu. 153. art. 1.

Mansuetudo, quae etiam mititas vocatur, est virtus, quae passionem irae ita componit & moderatur, ut non permittat eam exurgere, nisi cum oportet, & in ea mensura in qua fuerit necessarium. Licet enim nunquam irae ita dandus sit locus, ut iudicium rationis perturbet, interitum tamen honestum & necesse est moderate irasci ad servendum iustitiam, vel pro iuvanda fortitudine, quae utitur irae in suo actu aggressionis: & ita Christus iram excitavit, dum factus ex iuniculis flagello mercatores eiecit & templo. Unde Aristoteles 4. Ethic. cap. 5. Qui igitur, inquit, ob qua oportet, & quibus oportet, irascitur, ad iram quomodo, & quando & quousque debet, laudatur, effugit in mansuetudine potest, quippe cum mansuetudo ipsa laude afficitur. Mansuetus enim ille est, qui perturbatio quae, & ab affectu minima ducitur, sed quemadmodum ratio ipsa tenetur, ita & ab id, & eamdem succenset.

Mansuetudinis affinis est clementia: unde aliqui eas non distinguunt. Sed revera differunt, ut docet S. Thomas hic qu. 157. art. 1. Licet enim utraque mitiget iram circa vindictam, sub diversa tamen ratione id praestant: mansuetudo quidem, quatenus id docet animum irae dominantem, clementia vero, quatenus id consentaneum est homini in potestate constituto. Unde Seneca lib. 2. de clementia, cap. 3. definit clementiam, Temperantiam animi in potestate ulciscendi: vel lenitatem superioris adversus inferiorem in confitentiis panis. Decet enim illum non uti tota sua potestate in illo munere, sed aliquid de pena remittere, & infra meritum punire: sicut & contrario decet in premio retribuendo aliquid addere, & supra condignum remunerare: ut illi humani Principes, aut iudices, Deum imitentur, qui praemiat ultra condignum, & ad id ex propria inclinatione, & innata bonitate tendit; punit autem circa condignum, & non nisi provocatus nostris demeri-

tis, ac veluti coactus, iuxta illud Tertulliani lib. 2. contra Marcionem: Deus & seipso bonus est, & nobis iustus (iustitia vindicativa.) Prior est bonitas Dei secundum naturam, posterior severitas secundum causam: illa propria, haec accommodata, illa edita, haec adhibita.

Ex his intelligitur, mansuetudinem communem esse omnibus personis, clementiam vero propriam esse Superiorem & Iudicum, quibus determinatio poenae pro delicto incumbit, specialiterque spectat ad Principem, quem valde decet poenae & supplicia in sibi subiectos benigne mitigare. Unde Ovidius de Ponto Eleg.

Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis, Convenit & tanto, quantum & ipse viro.

Enituit virtus haec praecipue in Theodosio, cujus tanta fuit erga hostes benignitas & clementia, ut de ipso haec referat Ambrosius in oratione de eius obitu: Beneficium se putabat accepisse, cum rogaretur ignoscere, & tunc praecipue erat venia, cum fuisset commocio major iracundia. Et optabatur in eo quod in aliis timebatur, ut irascereur. Sape remitte vidimus quod objurgabatur, & convictus secheris, cum deservissent, saluos a crimine. Vincere enim volebat, non plerere, equitatis iudex, non pane arbiter, qui nunquam veniam consentiens negaret.

Quarta virtus temperantiae annexa est modestia a modo dicta, quia nimirum modum statuit: qui in humanis affectionibus & actionibus in gestu corporis, ejusque cultu & vestitu, servari debet: ita ut haec omnia decenter & congruenter se habeant secundum personam statum: modestus enim dicitur qui circa illa omnia moderate & congruenter se habet, modumque sibi convenientem tenet. Virtus hujus sumitur decus neminem fugit; nam modestiam esse Dei portum, id est partem notam habitationis Dei in homine, egregie dixit Ambrosius t. offic. cap. 17. Erumpit etiam forma eius decet. Nam ut ait Tertullianus lib. de cultu femineo cap. 13. Tanta debet esse plenitudo ejus ut emanet ab animo in habitum, & erudat a conscientia in superbiem, ut & forte insipiat quasi spellestem suam. Unde Ambrosius ferm. 10. in Psalm. 118. egregie ostendit, virum modestum, vel si videatur, prodehinc, adductaque ejus animalis similitudine: quod si ab icterico conspiciatur, sanat conspiciendum, demonstrat probi hominis, recteque compositi, vel aspectum esse contentibus salutarem. Hinc Basilus lib. de virginitate virginem instruens ait, eam dum procedit in publicum, talem se & habitum & incessum, & toto corporis motu debere exhibere, ut qui illi forte obvii fuerint, ac si virum Dei simulacrum aspicerent, faciem ad reverentiam atque admirationem sanctitatis inclinent; honestaque virtutis admoniti, mentem pudicam & sobriam referant; & remittatur quisque protinus Dei, dum eam certis officium, quae se ad ejus perfectenda mansura semper exercet. Atque, ut breviter dixerim, omnium aspicientium virginem, & affectus, & animus ad virtutis transferatur animum. Contentantiae ad haec sanctus Ignatius Epistola ad Trallianos Praefatus modestiam vocat, magnam aliorum disciplinam.

ARTICULUS IV.

De variis modestiae speciebus.

Quatuor vel quinque modestiae species distinguit D. Thomas hic qu. 190. art. 2. nimirum humilitatem, studiositatem, modestiam morum, ad quam Eutrapelia reducit, & modestiam vultus. Ratio vero hujus divisionis est, quia ultra passiones concupiscitiae, quae moderantur temperantia & continentia, & ultra passiones irae, quae mansuetudo & clementia refrascant, quatuor aliae sunt, in quibus est non adeo difficile est mediocritatem rationis servare, quam in passionibus irae & concupiscitiae, egent tamen moderamine, & virtute aliqua per quam cohibeantur. Primum est effectus spei tendentis ad excellentiam, & hunc moderatur humilitas: studium sive appetitus cognoscendi, & ad hujus moderationem ponitur studiositas: motus & gestus corporales, pertinentes ad externam conversationem, tam in factis, quam in dictis, pro quibus in rebus seriis ponitur modestia morum, in iudiciis autem eutrapelia: & denique exterior apparatus vestium, utensilium, & hujusmodi; & horum moderatio spectat ad modestiam cultus, sive apparatus exterioris.

Prima ergo species modestiae est humilitas, quae sic a D. Thoma definitur: Humilitas est virtus, qua quis considerans suum defectum, tenet se in inferiori secundum modum suum. Dicitur, Virtus, quia cum honestum sit unumquemque amplecti quod sibi congruit, & continere se intra propriam mensuram, habitus quo ad id inclinatur, non potest non esse vera virtus. Subditur: Quae quis considerans suum defectum, quia licet humilitas dicat formaliter habituale positum, quo vis affectiva abiectionem anteaque convenientem amplectitur; praesuppositio tamen importat cognitionem, qua quis defectus suos considerans, reputat se indignum estimatione & honore, dignumque abiectione & despectu. Unde sic definitur a D. Bernardo lib.

lib. de gradibus humilitatis: Humilitas est virtus, qua quis verissima sui cognitione sibi ipse vilescit. Tandem dicitur: Tenet se in inferiori, secundum modum suum, ut denotetur, materiam intrinsecam humilitatis esse internum animi motum & affectum, quem refrascant, ne tendat in sui excellentiam supra id quod oportet, sed intra mensuram ex propriis meritis sibi debitam se continet.

Hic colligitur primo contra Theophylum Raynaudum lib. 6. de virtutibus fest. 2. cap. 13. quod licet humilitas & magnanimitas habeant cohibere affectum hominis, ne inordinate tendat in excessum, nihilominus inter se distinguuntur, quia diversimode id praestant: ut erudite demonstrant Salmanticenses in explicatione arboris predicamentalis, sive in generali divisione omnium virtutum, quam in fine Tomi primi in primam secundae subiecerunt. Nam magnanimitas (inquit) primario id facit impellendo & conortando ipsam appetitum, ut per vires a Deo receptas, vel promissas, tendat ad magna: secundario vero illum detinet, ne in inproportionata extollatur. Humilitas & contra primario refrascant appetitum, ne tendat in ardua & excessum, quatenus propriam exaltationem: secundario autem confirmat ipsam, ne dum videt propriam insufficientiam & impotentiam, a magorum prosecutione, divini immemor auxilii, nimis deficiat. Unde magnanimitas magis avertitur pusillanimitas, quae est vitium per defectum, quam praesumptio, quae est per excessum. Humilitas autem magis opponitur superbia, quae est vitium per excessum, quam nimia sui abiectione, quae est vitium per defectum.

Differunt etiam illae virtutes penes rationes motivas & regulativas. Nam magnanimitas sumit motivum & regulam operandi ab eo quod est Dei in nobis: videns in se magnanimitas magna Dei dona, aut saltem magna auxilia sibi promissa, sumit inde motivum & regulam operandi magna, eorum arduitate non succumbens, quia scit non superexcedere tallia bona vel auxilia; dumque magna agit, reputat se, non propter se, sed propter illa quae ex Deo accipit, magno honore dignum, & quiddam minus est honoris & laudis (& uti est quiddam potest ab homine retribui) tamquam illis inadaequatum contemnit. Ceterum humilitas sumit motivum & regulam suae operationis ab eo quod in nobis est ex nobis ipsis, videntque nos ex nobis solum habere defectum, imperfectionem, & culpam, quibus non excellentia & honor, sed vilipensio & contemptus debetur, cohibet animum, ne ad illa tamquam ad aliquid sibi secundum se debitum tendat, & se illa tamquam se indigna refugiat. Unde nulla ex his virtutibus alteri contradicit, licet videantur contrario modo procedere: quia optime stat, ut idem homo ex Dei dono ad magna tendat, quod est esse magnanimum; & ex sibi propriis ad ima se dejiciat, quod est esse humilem. Et ideo Apostolus, qui ut magnanimum aiebat: Omnia possum in eo qui me confirmat, ut humilis praedicabit: Non quasi sufficientes simus cohabitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Hae Salmanticenses loco citato.

Colligitur secundo cum iisdem Auctoribus, quod licet humilitas & religio magnam habeant inter se similitudinem & affinitatem, eo quod utraque importet professionem divinae excellentiae, & nostrae erga Deum subiectionis: differunt tamen, quia quod respectu unius est formale & primarium, respectu alterius est quasi materiale & consequens. Actus enim religionis primario continet testificationem divinae excellentiae, & secundario nostrae vilitatis, quatenus haec arguitur ex omnimoda dependentia a supremo illo principio. E contra vero actus humilitatis primario dicit confessionem nostrae vilitatis & inferioritatis; implicite autem & ex consequenti illo testatur excellentiam primi principii, cui nos cumino submittimus, tamquam sine ejus influxu fieri nihil maneremus. Ita humilis submitit se Deo, & ejus excellentiae, ut seipsum deprimat, & intra mensuram propriam contineat: religiosus autem humiliat & deprimat se coram Deo, ut ejus excellentiam exaltet, & cultu illo influentiam Dei in omnes creaturas, ac supremum ejus dominium profiteatur.

Colligitur tertio, duos esse in nobis habitus humilitatis, alium qui refrascant passionem spei circa propriam excellentiam, sumptam absolute sine respectu ad alterum; & hujus subiectum est appetitus sensitivus irascibilis, in quo residet talis passio: alium vero moderantem affectum voluntatis circa propriam excellentiam, secundum quod haec primario metri debet esse subiectione ad Deum, tamquam ad supremum excellentem, & secundario esse subiectione ad alios, secundum id quod ex Deo habent. Et haec est praestantissima humilitas, de qua praecipue locuti sumus, & quam ad religionem valde accedere diximus, quamque D. Thomas ceteris virtutibus moralibus videtur praerere hic qu. 161. art. 5. his verbis: Post virtutes Theologicas, & virtutes intellectuales, quae respiciunt rationem, & post iustitiam praesertim legalem, potior ceteris humilitas. Quod intelligendum esse puto de virtutibus moralibus, quae sunt circa passiones, non vero de aliis, praesertim vero de iustitia legali, & de religione: cum illam idem S. Doctor

expressit excipiat, & istam qu. 81. art. 6. omnibus virtutibus moralibus praeponat: Quia, inquit, religio magis de propinquo accedit ad Deum, quam alia virtutes morales, in quantum operatur ea quae directe & immediate ordinantur in honorem divinum. Vel etiam dici potest, D. Thomam loco citato non praerere humilitatem omnibus aliis virtutibus, tamquam perfectionem absolute & simpliciter, sed solum quantum ad aliquid: omnes enim virtutes morales ita se mutuo excedunt, secundum diversas rationes, ut nullam possis simpliciter inferiorem vocare. Unde Gregorius homil. 6. super Ezechielem: Aliter olei stus vna, quia magna est virtus & opinio Pradicatum, quia inebriant mentes audientium. Aliter stus oliva, quia suavis est opus misericordiae, quod more olei refocet & luet. Aliter stus rosa, quia mira est fragrantia quae rutilat & refolet ex cromo Martirum. Aliter stus lili, quia candida vira carnis est de incorruptione virginitalis. Aliter stus viola, quia magna est virtus humilitum, qui ex desiderio loca ultima tenentur, se per humilitatem a terra in altum non sublevent, & celestis regni purpuram in mente servant. Aliter redit spica cum ad maturitatem perducitur, quia honorum operum perficere ad facietatem eorum qui iustitiam esuriant praeparatur.

De humilitate eleganter differunt SS. Patres, eamque variis laudibus effertant: eam enim primum religionis introitum, Christianae Philosophiae primum fundamentum, medicinam tumoris, cultodem virtutum, laeta caritatis reparationem, virtutum sublimitatem, in ornatu summi Saecerdotis splendidiorem gemmam appellant. Addunt, quod superbia facit ex Angelo demonem, humilitas facit ex homine Angelum. Quod humilitas claritatis est meritum, & claritas humilitatis praemium. Quod gratia pluvia est, quae confluit ad humiditatem convallis, denata de tumoribus collis. Denique, quod humilitas omnium virtutum minima est, & omnium maxima, quia quo profundius hominem dejicit, eo altius erigit & extollit. In quo reperitur fallax Seneca sententia, afferentis quod in passulo nemo magnus esse potest: nam in hac pusillitate, qua quis minimum se exilitimat, vera magnitudo consistit: Nimia enim (inquit Cassiodorus) magnitudo est, suam intelligere parvitatem; & vilem esse ante Dominum, a quo est totius magnitudinis census. Vel ut loquitur Chrysolomus: Humilitas nunquam est sine magnitudine animi, nec superbia sine pusillanimitate. Cui concinit Fulgentius dicens: Sicut superbus elatione fit humilis, ita humilis fit in humilitate sublimis. Unde cum Bernardo ferm. 2. de Ascensione concludendum est: Per humilitatem ascendimus ad sublimitatem; quia haec est via, & non alia prater ipsam: qui aliter vadit, cadit potius quam ascendit, quia sola est humilitas quae exaltet, sola quae ducit ad vitam, Christus cum pro naturam Divinitatis non haberet quo ascendere, quia ultra Deum nihil est, tamen per descensum quomodo crederet invenit, veniens incarnari, pati, & mori, ne mereretur in aeternum, propter quod & Deus exaltavit illum.

Secunda species modestiae dicitur studiositas: a studio circa quod versatur, duoque habet praecipua manera. Primum est frandis ac temperandi scientiae desiderium, quo natura duce omnes ad cognitionem rerum, & delectationem ex ea comparandam impelluntur. Omnes enim homines naturaliter scire desiderant, ut dicitur initio metaphysicae: itaque unicuique evidens fore affirmat Seneca lib. de otio sapientis cap. 32. Si se ipse consuluerit, quantum cupiditatem habeat ignota noscendi, quam ad omnes fabulas excutietur. Navigans quidem, & labores peregrinationis longissima una merce persequatur, cognoscendi aliquid abditum ignotumque. Haec res ad spectacula populos contrahit. Haec cogit praclusa rimari, secretiora exquirere, arduissima evolere, mores barbararum audire gentium. Christianus nobis natura ingenium dedit, & artis sibi ac pulchritudinis sua conscientia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formosa, solvendis ostenderet. Ne igitur naturae hoc sciendi desiderium plus iusto majus fit & ardentius, abripiatque animum ad eorum cognitionem tentandam, quae homini consentanea non sit, necesse est studiositatem intercedere, quae franet voluntatem, ne intellectum ad ea scrutanda applicet, iisque animum nutrire & excolere velit.

Alterum studiositatis munus est excutiendi pigritiam & torporem, quo plures retrahuntur a studio, & a necessarii rerum cognitione praepeditantur, & excitandi ac impellendi appetitum, ne propter laborem & fatigationem, quae studio admiscuntur, ab illo retrahatur, aut sufficientem rehuat diligentiam adhibere. Et quia hoc posterioris plerisque accidit, nominata fuit haec virtus ab officio impellendi, potius quam ab officio refrascandi.

Tertia species modestiae est illa quae dicitur modestia morum, seu decencia externa, quia nimirum decorem ac decentiam servat in incessu, voce, compositione vultus, & motus, ac gestus corporis, omnesque actiones exteriores, iuxta praescriptum rectae rationis temperat, ita ut congruat personae, tum in se considerata, tum etiam in ordi-

DISPUTATIO VII

De vitiis oppositis Virtutibus Cardinalibus.

ordine ad locum, tempus, personas circumstantes, & praesentem exigentiam rerum: Nam ut dicitur Eccli. 19. Ex visu cognoscitur vir, & ab occurfu faciei cognoscitur sensatus: amicitia corporis, & visus denitium, & ingressus hominis, enuntiant de illo.

33 Quarta species est eutrapelia, quae latine dici potest iucunditas, vel urbanitas, quia in ludicris & jocosis tenet modum, sicut modestia morum in rebus seriis, potestque sic definiti: Eutrapelia est virtus quae in ludicris delectationem servat, vel quae iocis & ludis modum rationis impenit. Hujus virtutis necessitatem ex eo demonstrat S. Thomas hic qu. 168. art. 2. quod sicut homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non potest continuo laborare, propter limitationem suae virtutis; ita ex parte animae eget similiter quiete, & honesta relaxatione a labore; quia etiam virtus animae est limitata, & determinatis actionibus proportionata; ideoque quando extra modum suum in aliquas operationes intellectuales se extendit, laborat & fatigatur; praesertim cum illae operationes a viribus sensitivis & corporalibus organo dependant. Unde Statius 4. Syl. Nostri fuisse,

Laxaturque chelys; vires infligat, alitque
Temporibus quietis, major post otia virtus.

Id ipsum declarat Seneca Epist. 58. comparatione caloris, oculos fatigatos aspectu viriditatis imaragdii pascentis ac recentis; & Nazianzenus exemplo Venatorum, aut Musicorum, qui solent chordas quieti tradere, casque remittere, ne rumpantur. Eodem exemplo usus est S. Joannes Evangelista, ut refertur in collationibus Patrum collat. 24. cap. 21. ubi legitur quod B. Joannes Evangelista, cum quidam scandalizarent, quod cum Discipulis suis ludicram invenissent, dicitur mandasse unum eorum qui arcum gerebat, ut sagittam traheret. Quod cum plures fecisset, quaesivit utrum hoc continue facere posset? qui respondit quod si hoc continue faceret, arcus frangeretur: unde B. Joannes subtiliter, quod similiter animus hominis frangeretur, si nunquam a sua intentione relaxaretur. Perspicuum igitur est, quietem, & honestam relaxationem a labore, quae fit per jocos, vel ludos, infirmitati nostrae atque fragilitati interdum esse necessariam; subindeque aliquam requirit virtutem, quae mensuram & modum in jocis & ludis ponat, & quantitatem ac modum honeste recreationis praescribat. Haec autem moderatio in joco & ludo, actionibusque ludicris, fit per virtutem quae vocatur Eutrapelia, id est virtus quae in ludicris decorum servat, quaeque ludo & jocis modum imponit. Unde Plutarchus observ. 2. sympos. qu. 1. belle annotavit, jocos sales, appellari, nempe quod ut sale conduntur cibi, sic jocos ac ludo oblectandus sit animus, non tamen nisi ea qua par est moderatio; sicut sal usurpat ut condimentum, non ut cibum.

33 Ultima species modestiae vocatur modestia cultus, seu exterioris apparatus, quae ex D. Thoma hic qu. 169. art. 1. potest sic definiti: Modestia cultus est virtus, quae corporis in cultu, vestimenta exteriorum apparatus, mensuram rationis ac modum servat. Sicut enim motus & gestus corporis possunt bene & male disponi, ob idque opus fuit virtute, quae in illis modum rationis constitueret: ita in externo rerum usu, prout ad cultum & ornatum corporis, externumque apparatus domus, lecti, tabulorum, & similia spectat, potest esse excessus & defectus. ad cuius praevisione debita moderatio necessaria est aliqua virtus quae omnia praedicta juxta praescriptum rationis disponat, & hanc vocamus modestiam cultus, seu exterioris apparatus.

34 Hanc modestiam praesertim mulieribus valde commendat Apostolorum Principes: Petrus enim Epist. 1. cap. 3. de mulieribus Christianis sic loquitur: Quarum non sit exornatio capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti ostentationum cultus: sed qui abstinentes est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei laetitia. Sic enim aliquando & sanctae mulieres orabant se subiecte propriis viris. Paulus vero 1. ad Timoth. 2. mulieres (id est convenienti moderatione) ornantes se, & non in ornamento crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa, sed quae deest mulierum praesentibus pietatem per bona opera. Unde Ambrosius de institutione Virginis cap. 16. Succingat sacra virginis crinem modesta, sobrietas, continentia, ut virtutum acie nitida comitatu, purpure dominici sanguinis vellimita volumine mortificationem Domini Jesu in suis carnis circumferat. Haec enim sunt meliora volumina: quae sunt indumenta virtutum, quibus culpa obtegatur, innocentia revelatur. Et alibi alloquens virginem: Vestite vos (inquit) serico probitatis, bisso sanctitatis, purpure pudicitiae. Taliter pigmentata Deum habebitis amatorem.

Cum eadem sit doctrina contrariorum, & opposita juxta se posita magis reluceant, ut virtutum, quae articulis praecedentibus descripsimus, splendor magis eniteat, de vitiis ipsis oppositis breviter hic differendum esse censuimus.

ARTICULUS PRIMUS.

De vitiis oppositis prudentia, & virtutibus ipsi annexis.

Prudentia, & virtutibus ipsi annexis, aliqua vitia opponuntur per defectum, & alia per excessum. Primo ipsi opponitur imprudentia, quae in quatuor species dividitur, nempe praecipitationem quae adversatur restituti consilii, atque adeo ebullit; inconsiderationem, quae opponitur restituti iudicii, subindeque lynefi & gnomi; inconstantiam & negligentiam, quae opponitur restituti & efficacitati imperii, ac proinde ipsi prudentiae immediata, cum illa praecipua sit, & proprius ejus actus, imperium, ut disp. 1. art. 1. diximus.

Per excessum ipsi opponuntur ea vitia, quae falsam imaginationem prudentiae & sagacitatis pra se ferunt, ut prudentiam carnis, quae quis vivit & sapit secundum carnem, recteque judicat secundum illam, id est secundum motus & instinctus naturae corruptae, ad bona carnalia & temporalia, cum affectu qui vehementer illorum estimationem sequi solet. Altitia, quae quis novit motus occultos ad alios fallendos. Dolus, qui est astutia executio, sive fiat per verba sive per facta. Fraus, quae magis pertinet ad executionem astutiae; secundum quod fit per facta, ut quando mensura est minor iusto, vel moneta adulterina. Sollicitudo nimia temporalium, quae est nimia occupatio in illis acquirendis, aut conservandis, proveniens ex inordinato amore habendi, vel timore amittendi. Et praeterea nimia futurorum, praesertim cum anxietate, & praeva fiducia divina providentia. De quibus S. Doctor hic qu. 55.

Praeterea sunt aliqua vitia, quae indirecte sive oblique contrariantur prudentiae, quia nimium caussis & adiumentis ejus opponuntur. Sicut enim ad prudentem judicandum multum juvant memoria praeteritorum, intelligentia, docilitas, solertia sive sagacitas, praesidio futurorum, bona ratiocinatio, circumspectio, cautio, & attentio, ac diligens studium recte judicandi, & alia quae disp. 1. art. 2. enumeravimus, sic e contrario plurimum obfunt oblivio, praecipitatio, inconsideratio, hebetudo, negligentia, & alia superioribus perfectionibus opposita. De quibus S. Doctor hic qu. 53. & 54.

ARTICULUS II.

De vitiis oppositis iustitia, & virtutibus ipsi annexis.

Habet hoc speciale iustitia stricte sumpta, quod nullum adversatur ei vitium per excessum, sed tantum per defectum, ut docet D. Thomas quaest. de virtutibus art. 13. ad 12. ubi inquit: Alia virtutes morales sunt inter duo vitia, non autem iustitia, quae tamen medium in propria materia tenet, quod per se pertinet ad virtutem. Et in dist. 13. qu. 1. art. 3. quaest. 1. ad 5. Non oportet (inquit) quod iustitia habeat se medium inter duas malitias, ut in 5. Ethic. dicitur, sed quod medium attingat in materia sua. Ratio etiam id suadet: Nam contra iustitiam nunquam peccatur; reddendo alteri plusquam debetur, sed auferendo ab eo quod suum est, aut non reddendo quod ei debetur, vel minus reddendo quam debetur; quod totum ad defectum & non ad excessum pertinet. Ergo nequit in hac materia reperiri vitium per excessum a iustitia, sed tantum per defectum.

Iustitia ergo legali contrariatur solum legis injuria, quae illegalitas dici potest. Vitium vero oppositum iustitiae distributivae est acceptio personarum, quando scilicet distribuens bona communia paribus communitatis, non attendit praesertim merita, aut indignitatem unicuiqueque, sed ipsam personam rationem; ac proinde distribuit, non secundum merita personarum, sed affectum ad ipsas personas accipit pro mensura distributionis. Iustitiae autem commutativa contrariatur omnia illa vitia vel peccata, quae inferunt proximo noxamentum; sive in vita, sicut homicidium; sive in honore, ut contumelia, convicium, improperium; sive in bonis externis, ut furtum, rapina, fraus, usura, & similia: De quibus S. Doctor hic qu. 74. usque ad 78.

ARTI.

ARTICULUS III.

De vitiis oppositis religioni, quae est prima pars potentialis iustitiae.

5 Duo opponuntur vitia religioni, unum per excessum, aliud per defectum. Primum est superstitio, quae dicitur opponi religioni per excessum, non quod plus veri cultus Deo tribuat quam ipsi debetur (repugnat enim Deum posse nimis coli, vel majorem cultum quam ipsi debeat; quin potius quicumque ipsi potest a nobis exhiberi, est infinite minor ipsius Majestate, juxta illud Eccli. 43. Christianitas Deum quantumcumque potuerit, superbia laetabitur) sed quia excedit in modo colendi, adhibendo aliquid ad ejus cultum, quod non convenit, vel quia falsam aut superfluum cultum confingit. Dupliciter autem contingit excessus in cultu religioso, nimirum vel detrahendo hunc cultum cui non pariter et cultus, dividiuntur in tres species, idololatram, divinationem, & observationem, sub qua magia comprehenditur: vel secundo colendo quidem verum Numen, sed modo non convenienti, ut si quis velit nunc Deum colere caeremoniis & sacrificiis Judaeis, per eum reprobat; hic modus superstitiosus appellatur superstitio cultus incongrui; & subdividitur in superfluum falsi cultus, & in superfluum cultus superflui. Cultus vocatur falsus, vel quia continet falsam aliquam significationem, ut caeremoniae Judaicae, si nunc usurpentur ad significandum Messiam esse venturum; vel quia simulat verum cultum, ut si quis fictis miraculis velit honorem Dei promovere, vel praetextu colendi Deum, mutet substantiam sacramentorum, aut sacrificium celebret aliter quam Christus instituit, falsumque sacrificium loco veri substituat. Dicitur vero superfluum, quando ponitur religio in quibusdam ineptis & inutilibus, atque ab Ecclesia more discrepantibus, licet aliqui mendaciam & falsum non significant. Quo vitio folet praecipue rusticus & idiota laborare, quando suam devotionem, praeter Ecclesiae morem receptum, in certo numero precum, candelarum, stationum, girationum, & similibus constituunt; ita ut existimant nihil fieri, si numerus ille deficit aut excedat. Utrumque vitium Christus reprehendit Joan. 4. cum dixit: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Falsus enim cultus opponitur veritati, superfluum autem spiritui, quia externis rebus solum insistens, nihil ad cultum internum proficit.

6 Alterum vitium oppositum religioni per defectum, dicitur irreligiositas, quae continet haec quinque: sacrilegium, quo vis aliqua & injuria inferitur rebus aut personis. Deo ejusque cultui consecratis: tentationem Dei, quando quis absque iusta causa aliquid facit, vel dicit ad capiendum experimentum divinae potentiae, sapientiae, iustitiae, misericordiae, &c. perjurium, quod est dictum humanum, falsum in se, vel jurantis opinione, iurejurando asseveratum; simoniam, per quam res sacrae sine vi indigne tractantur, commutatio illas rebus temporalibus: infidelitatem, quae frangit fidem Deo in voto promissam; & blasphemiam, per quam derogatur divinae excellentiae & sanctitati.

ARTICULUS IV.

De vitiis oppositis aliae paribus potentialibus iustitiae.

Aliae partes potentiales iustitiae sunt poenitentia, pietas, observantia, obedientia, gratitudo, vindicta, veritas, amicitia, & liberalitas, de quibus disputatione quarta differemus.

7 Vitium oppositum poenitentiae per defectum, est impoenitentia. Si quod vero opponitur illi per excessum, est inominatum, vel poenitentia indifferta dici potest.

8 Pietati per defectum contrariatur impietas stricte sumpta (in lata enim acceptione impietas dicitur quodcumque peccatum mortale, & impius quicumque mortaliter peccans.) Per excessum vero, nimis & inordinatus amor parentum & consanguineorum ipsi opponitur.

9 Duplex etiam est vitium seu peccatum observantiae oppositum: unum per defectum, quo nimirum personis in dignitate constitutis honor debitus non redditur: aliud per excessum, quo cultus ipsis deseritur supra illarum dignitatem & exigentiam. Quo vitio laborabant illi Ethnici, qui Apotheosim, seu cultum divinum, Imperatoribus exhibebant, & per eorum numina jurabant, ut palpo ille qui dicebat:

Jurandisque tuum per numen ponimus aras.
Hanc perniciosam & sacrilegam adulationem acriter & eleganter relarguit Tertullianus in Apologetico cap. 33. ubi sic ait: Non enim Deum Imperatorem dicam: vel quia mentiri nescio, vel quia illum deidare non audeo, vel quia nec ipse se Deum vult dici, si homo sit. Interest homini,

Dio cedere. Satis habent appellari Imperator. Grande & hoc nomen est quod a Deo traditur. Negas illum Imperatorem, qui Deum dicit. Nisi homo sit, non est Imperator. Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimi curru admittitur. Suggestur enim ei a sergo, respice post te, hominem memento te. Et neque hoc magis gaudet, tanta se gloria consistere, ut illi adnotatio conditionis suae sit necessaria. Minor erat, si tunc Deus diceretur, quia non vere diceretur. Major est qui revocatur, ne se Deum existimet. Augustus Imperii formator, ne Dominum quidem dici se volebat, & hoc enim Dei est cognomen. Dicam plane imperatorem Dominum, sed more communi, sed quando non cogor, ut Dominum, Dei vice dicam.

Obedientia per defectum contrariatur inobedientia stricte sumpta, secundum quod procedit ex intentione agendi contra praecceptum, & atque adeo ex contemptu praeccepti & praecipitantis. Si quod autem opponitur illi per excessum, proprio nomine caret.

Contra inobedientiam acriter invehitur Seneca lib. 3. de ira cap. 16. dicens quod illa in tormentum suum proficit, & imperia graviora sentit, quo contumacius patitur. Sic laqueos fera dum saltat, astringit. Sic aves visum cum respiciant excutunt, plumis amictibus illinunt. Nullum tam arduum est jugum, quod non minus laetis ducuntem, quam repugnantem. Unum est levamen malorum ingentium, pati, & necessitatibus suis obsequi. Addit Nazianzenus Orat. 9. quod sicut obedientia lege omnia simul terrena, atque caelestia conservantur; ita inobedientia pestis & terrae vastas, & caelum ipsum, cum in illud pervasit, fode depopulata est.

Vitium gratitudini contrarium per excessum, non est nominatum: contrarium vero per defectum dicitur ingratitude, quae, ut ait D. Bernardus serm. 51. in Cant. est venter urens, sicca sibi fontem pietatis, rorem misericordiae, fluentia gratis.

Per excessum opponitur vindictae crudelitas, seu sevitia, quae excedit mensuram honeste vindicationis; per defectum vero vitium inominatum, quod potest dici remissio, ut docet S. Thomas hic qu. 108. art. 2. ad 3.

Veritati seu veracitati opponitur vitium mendacii, 13 consistitque mendacii malitia in ea contrarietate, quae inter iudicium internum, & verba seu alia signa ipsum experientia reperitur, dum scilicet quae mens negat, lingua affirmat, vel e contra. Unde mentiri dicitur quasi contra mentem ire.

Per excessum opponitur amicitiae vitium adulandi, quo nimis blande aliquis in convictu se habet, omnia probans, omnia laudans, & in omnibus aliorum voluntati se accommodans. Per defectum vero ipsi adversatur litigium, quod perturbat vitam socialem, parique pugnas & contentiones.

Liberalitati demum per defectum opponitur avaritia, seu nimia cupiditas divitiarum: per excessum vero prodigalitas, quae dat plus quam oportet, aut his quibus non oportet.

ARTICULUS V.

De vitiis oppositis fortitudini, & paribus potentialibus illius.

Vitia fortitudini opposita tria numerantur a D. Thoma hic qu. 125. 126. & 127. Nimirum timiditas, seu ignavia; intimitas seu vacuitas timoris, quam Aristoteles 3. Ethic. cap. 7. vocat apbosiam; & temeritas seu nimia audacia. Timiditas est excessus in timendo pericula, & gravia, & defectus in audendo contra illa. Intimitas est quando aliquis non timet quod secundum rationem timendum est. Temeritas denique, cum quis excedit in audendo, & aggreditur quod non convenit, vel quomodo, aut quando non convenit.

Magnanimitati vero, quae est prima pars potentialis fortitudinis, quatuor vitia contrariantur. Nam ex parte objecti primarii, quod est opus magnum, opponitur illi praesumptio, quae tendit ad magna improprietate, & supra vires agentis. Ex parte objecti secundarii scilicet honoris, opponitur magnanimitati ambitio, quae est appetitus honoris inordinatus. Ex parte vero gloriae, quae est honoris effectus, adversatur ipsi inordinatus ipsius gloriae appetitus, qui sumpto nempe ab objecto, imanis seu vanagloria appellatur. Denique ex parte ipsius quarentis gloriam; quia non refert illam ad Dei honorem, & edificationem proximorum: magnanimitati opponitur superbia, vitium capitale, cui D. Gregorius lib. 31. Moral. cap. 17. septem filias assignat, nimirum inobedientiam, jactantiam, hypocrisim, contentionem, pernicitiam, discordiam, & novitatum praesumptionem. Quatuor praedicta vitia opponuntur magnanimitati per excessum. Per defectum vero opponitur ei pusillanimitas; quae animum inordinata retrahit a magnis suae virtuti congruentibus.

Magnificentiae, quae est secunda pars potentialis fortitudinis, per defectum opponitur parvificentia; ut docet D. Thomas hic qu. 135. art. 1. Vitium vero per excessum ei oppositum appellatur ab Aristotele 4. Ethic. c. 2. Donatista, &